Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



170

osee

sicut ceruus dolosus. Cadent in gla-
dio principes eorum a furore lin-
gue sue ipsa subsannacio eorum
in terra egipti. Vm

IN gutture tuo sit tuba.
Ecce aquila super domum dni
pro eo q̃ transgressi sunt
fedus meum: et lege mea preua
ricati sunt. Ad me inuocabit deus
meus cognouimus te israhel. Pro
icit israhel bonum inimicus p̃
sequet eum. Ipsi regnauerunt et non
ex me principes extiterunt. et non
cognouerunt. Aurum suum et argentum
suum fecerunt sibi idola: ut interi-
rent. Proiectus est uitulus
tuus samaria. Iratus est furor
meus in eis. Usquequo non pote
runt emundari. Quia ex israhel
et ipse est. Artifex fecit illum: et
non est deus quia in aranearum te
las erit uitulus samarie quia
uentum seminabit: et turbinem
metent. Culmus stans: non
est in eis germen non faciet fa
rinam. Quod et si fecerit: alieni
comedent eam. Deuoratus est is-
rahel. Nunc factus est in nacio-
nibus sicut uas immundum: quia ipsi as
cenderunt ad assur. Onager
solitarius sibi effraim. Munu
ra dederunt amatoribus suis:
sed et cum mercede conduxerunt
nacones. Nunc congregabo eos
et quiescent paulisper ab onere
regis et principum. Quia multi-
plicauit effraim altaria ad pec
candum: facte sunt ei ara in de-
lictum. Scribam ei multiplices
leges meas: que uelut aliene
reputate sunt. Hostias offerent
immolabunt carnes et come-
dent: et dns non suscipiet eas
Nunc recordabitur iniquitatis
eorum: et uisitabit peccata eorum
ipsi in egipto reuertent. Et ob
litus est israel factoris sui: et edi
ficauit delubra: et iudas mul
tiplicauit urbes munitas et
mittam ignem in ciuitates eius et de
uorabit edes illius. Vm

Noli letari israhel: noli
exultare sicut populi: quia
fornicatus es a deo tuo
Dilexisti mercedem super omnes ar
eas triticum area et torcular non
pascet eos: et uinum mentiet
eis. Non habitabunt in terra dni
Reuertes est effraim in egiptum
et in assyrios polluti comedent
Non libabunt dno uinum: et non pla-
cebunt ei. Sacrificia eorum sicut pa-
nis luctuum. Omnes qui comedunt
ea contaminabuntur: quia panis eo-
rum animae ipsorum: non intrabunt
in domum dni. Quid facietis in die
solleni: in die festiuitatis dni
Ecce enim profecti sunt a uastitate
egiptus congregabit eos: mem-
phis sepeliet eos. Desiderabile
argentum eorum ortica hereditabit
lappa in tabernaculis eorum. Ue-
nerunt dies uisitationis: uene-
runt dies retributionis. Scitote
israhel stultum propheta: insanum
uirum spiralem: propter multitu-
dinem iniquitatis tue et multitu
dinem auersionis. Speculator effra
im cum deo meo: propheta laqueus
ruine factus est super omnes uias
eius insania in domo dei eius
profunde peccauerunt sicut in diebus
gabaa Recordabitur iniquitatis
eorum et uisitabit peccata eorum